

losophus l. 2. Ethic. cap. 6. neque exuperationis aut defectio-  
nis mediocritatem, neque mediocritatis exuperationem  
aut defectum esse.

XXX. Verum enim vero id primum arbitror inqui-  
rendum, an aliquis hujusmodi, qui eorum doctrinam in a-  
etum ducat, possit existere aut extiterit unquam, ne-  
nos prater subjectae rei veritatem cassa cogitationis ima-  
go decipiatur. Certè ita nudè acceptum eorum dogma, ut  
proponitur, est impossibile. De simili quodam Philo-  
sopho eleganter Boet. l. 2. de consol. Philos. cap. VII. prosi Acci-  
pe, inquit, in hujusmodi arrogantiæ levitatem quam festivè ali-  
quis illuserit. Nam cum quidam adorius esset hominem contu-  
meliis, quod non ad verae virtutis usum, sed ad superbiae gloriam:  
falsum sibi Philosophi nomen induisset, adjecissetque, jam se scio-  
zurum, an ille Philosophus esset, siquidem illatas injurias leniter  
patienterq. tolerasset, ille patientiam paulisper assumpsit, accep-  
que conumelia, velut insultans: Iam tandem, inquit, intelligis  
me esse Philosophum. Tum ille nimium mordaciter: Intellexe-  
ram, inquit, nisi dixisses: Apprimè hoc in Stoicos quadrat,  
qui multum de Philosophia sua glorianter, propriâ tamen  
confessione convineuntur.

XXXI. Ipse certè Seneca imbecillitatem tacite fa-  
tetur Epist. 71: cum ait: Non edoco sapientem ex hominum nu-  
mero, nec dolores ab illo, sicut ab aliquâ rupe nullum sensum ad-  
mittente submoveo, memini illum ex duabus parsibus esse compon-  
sum, quem locum egregiè illustrat Lipsius Manud. III. diff.  
VII. Nimirum credunt alias Stoici corpus non esse homi-  
nis partem, sed tantum instrumentum, ajuntque affici &  
dolere non hominem, sed tantum instrumentum ejus. Et  
tales esse vel videri certè volunt, qualis ille Philosophi  
Chrysanthij filius, de quo Eunapius in ejus vita p. 157. Ες το-  
γωνδε οὐερένγετο τὸ αἱ Σπώπινον, ὡς ἀνθεψίτος ἦν οὐδένεστον ολό-

εῖτε